ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

BIOGRAFIE C.R.S.

n. 2807

Curia Generalizia - Roma

→ con Biografie C.R.S. 2807

Ceresoli Carlo Francesco, In accessu Illustrissimi et Reverendissimi D. D. Bonifacii Albani Spalatensis archiepiscopi ad Archiepiscopale solium vaticinus hymnus., pagg. 26-27.

in: idem, Tritonis Buccina idest Elogia, orationes, epistolae, et carmina Caroli Francisci Cerasoli ... Milano, per il Ramellati 1682, pagg. 322 in 4°.

Copia in: Milano, Braidense (25.16.P.4)

- pag. 26-27:

"In accessu felicissimo
Illustriss. ac Reverendiss. D.D.
BONIFACII ALBANI
Spalatensis Archiepiscopi
Ad Archiepiscopale Solium
Vaticinus Hymnus
C.F. Cerasoli in Oppido Verdello Praep.

Surge SPALATUM in occursum, et amplexum GRATIARUM,
Quas in TRIPLICIS Stellae vultum transformatas
Humanissimus TUUS PRAESUL tibi suo praemittit e Stemmate.
Quid exorare amplius a Coelo SPALATENSES Aquilae potuistis,
Quam ut fas esset inter sidera ponere nidum?
QUAS DEUS STELLAS
Sub religiosi CLAUSTRI signaculo antea clauserat,
Nunc ab eodem, ut SPALATENSI praesint Coelo, accitae
En ut dixerunt obsequiosae: Adsumus.
Lumen in custodiis suis laetabundae iam dabunt,
Ut cum iucunditate luceant ei,
Qui singulas stellas vocat ex nomine.
Ite ergo nitidissima SIDERA
Ad debellandam lumini rebellem in Oriente impuritatem.
Nunquam speciosiores MATUTINAE apparent STELLAE,
Quam cum in medio visuntur nebularum.
Ite gravida Deo Sidera
In infidelium cordibus brevi Christum paritura.
Cum rursus REGEM DEUM multitudo Maris venerit adoratum
Causa haec etiam nunc erit in promptu:
STELLAS eius denuo VISAS ESSE in ORIENTE.
Age, aude BONIFACI; Mentiri tuum nomen nescit.
Dum tua lux sic lucet.
BONA quae FACIS, celare tametsi velis, non potes.
Novum hunc IUBILUM a Te FILII DEI modo expectant;
Ut in regno Aurorae
DEUS MATUTINUS adhuc LAUDETUR ab ASTRIS.
Bellanda tibi bella Domini sunt.
Gladius Spiritus, Scutum Fidei,
Galea Salutis, Lorica iustitiae

Quia arma sunt lucis.
Haec in TUORUM officina SIDERUM elaborabis.
TROPHAEUM CRUCIS, ides praecipuum tuae dignitatis insigne
Figendum tibi barbara in terra est.
DALMATICAM chlamydem dum induis;
Tibi nominatim audies suggerentem,
De Fidei hostibus triumphos manere in DALMATIA reportandos.
Nos tua virtute freti, Tibi in antecessum acclamantes
Triumphale carmen praecinimus.
ALBANAE Stellae Manentes in ordine, et cursu suo
Adversus MAHOMETICUM Sisaram pugnaverunt".

A l b a n i B o n i f a z i o 2807

Né a Befgome, le 1er aout 1619, d'une grande famille de cette ville, originaire de l'Albanie, il entra tant jeune dans l'ordre des somasques, où il fit profession le 10 aout 1635. Après avoir fait ses études de theologie au convent de S. Biagio à Rome et avoir été ordonné pre tre en septembre 1642, il fut consacré nommé procureur generél de son ordre pour la province de Venise, et en devint général en 1665. Préconisé archeveque de Spalato le 30 janvier 1668, il fut sacré le 19 février, il rétablit la tranquillité dans son diocèse, dévasté par les Turcs, et vint à bout, par sa douceur, de la résistence des paysans, qui refusaient de payer les redevances dues à la mense épiscopale. Il construisit un nouveau palais épiscopale en remplacement de l'ancien, détruit 170 ans auparavant, et retrouva dans l'église des béné dictins le corps de Saint Rainerio, un de ses prédécesseurs. Enfin, il organisa, parmi les slaves de son diocèse des missions qui firent grand bien. Il mourut, emprisonné par erreur, le 21 mars 1678.

Membre de l'académie des Eccitati de Bergame, il a laissé un Compendium vitae Venerabilis Servi Dei Hieronymi Aemiliani impr imé dans le memoriale pro Commissione reassumptionis causae Ven. Servi Dei Hieronymi Aemiliani, Rome, 1663.

Calvi, Effemeride Sacro Profana, Milan, 1676, t.II; Campidoglio de' guerrieri p.147; Scena letteraria degli scrittori bergamaschi, Bergame, 1664, p.9 - P.Greg.Ferrari, Vita del Ven. Girolamo Miani, Venise, 1676, pag.142. - Cerasoli, In accessu ...Bonifacii Albani Spalatensis Archiepiscopi ad Archiepiscopale solium vaticinus hymnus, dans Tritonis Buccina du meme, Milan, 1682 - Vaerini, Gli scrittori di Bergamo, Bergame, 1688 - Dan. Farlati, Hilliricum Sacrum, Venise, 1651-1819, t.III, p.510-513 - Paltrinieri, Notizie intorno alla vita di quattro arcivescovi di Spalato, Rome, 1829, p.1-7.

J. Fraikin.

P. Albani
Bonifacio

Vita di Mons.

P. Petriceppi 2807
Nicola.

Archivum historicum Genuense
Res ~~[illegible]~~
S-6-A2
P. Albani
S. P. Petricelli
C. R. a Somasca

UNA NUOVA LETTERA

DI

S. GIROLAMO MIANI

E NOTIZIE

INTORNO ALLE ALTRE SUE LETTERE

P. D. ANGELO M.a STOPPIGLIA C. R. S.

GENOVA
Cartoleria Cav. Pellegrino Rubatelli

2807 9.

D. O. M.

Vita Bonifacij Albani Bergomensis
Archiepiscopi Spalatensis
ex Congreg. Cleric. Regul. Somasch.
inserenda Illyrico Sacro propediem
edendo.

Bonifacius Albanus ex ea progenie est Albanorum familiae, quae ex Albania, ut fama vulgatur, Turcarum immanitate saevissime vexata Bergomum se recepit. Cum enim illud Regnum pro illo tempore florens Amurathes II ditioni potius, quam subegerat, atque ita inhumaniter haberet, ut neque Ioanni [illegible], neque multis filiis ejus parceret: Primores provinciae ab illo intolerando tyranni de solo, quo poterant, effugio sibi caventes per varias se dispertiverunt Italiae urbes, in quibus stabilitas familias, ob servatae nationis nomine, singuli se Albanos appellarunt. Etsi autem magnam rerum vim divitiarum attulerint, majus tamen est, quod convexerunt, patrimonium virtutum; quo uno effectum est, ut omnes inter ejus, quas adierunt, civitatis principes statim ubique recepti fuerint.

sint. Hi verò in primis, qui Bergomi consedere, in eum nobilitatis locum adscivere, in quo jis excellentibus officijs, ac meritis, quae diversis omnis ferè totius Europae Principibus, Caesaris, Galliae, Hispaniaeque Regis, Summi Pontificis, Venetae praesertim Reipublicae, quae fides Albanis, utpote suis, in gravissimis belli, pacisque negotijs plurimum usa est, amplissimis honoribus, ac praemijs, felicissimisque titulis per saeculorum amplius annos ornaverunt civitatem, hodieque ornant. Atque haec ideo etiam dicta sint, ut vel hinc maximè pateat, quales, quantique semper fuerint Illyricae gentis viri, qui vel intra, vel extra patrios fines maximis quibuslibet muneribus, et officijs omni aevo pares fuerint civilibus, et vel ecclesiasticis. Nos de Vobinatis Albani summi aetate nostra Decori Pontificum omni prorsus non modò laudi, sed etiam venerationi [illegible] majoris: is hic Bergomensis medio fere saeculo XVI Joannem Hieronymum habuere jurisprudentia, et militari consilio sua per aetatem notum, quem post etiam genitos in matrimonio liberos se patri dignos, ad sanctissimae venerationis Papae V, natus jampridem virtute, ac zelo similem sibi, S. Rom. Ecclesiae Cardinalem esse jussisset, nimia dicendi celebritate nominis, ut concors est Scriptorum traditio, vetuit esse Gregorij

Gregorij XIII Successorem. Ex his Pontificiis patrem habuit Joannem Franciscum Comitem Spinum, qui etiam singulares sunt in familia perpetui: matrem verò ex perillustri Brixiae familia Juliam Martinengam, in qua tamen summa nobilitas infra eximias corporis, et animi dotes erat; natusque est Kal. Aug. MDCXIX. Educatus puerili, graviori tamen educatione sub tantis parentibus, et cum quatuor fratribus praeclarissimis, uno ex illis Militaris Ordinis amplissimi, ipse Somaschensis religiosus est; in quo cum eximia pietate avitae familiae studium adjuvandae eruditionis sedulò conjungeret, brevi eò pervenit, ut scilicet esset omnium, quae Religionis adolescentibus potissimum instituendis addictae aequum est proficere. Itaque post aetatis florem in humanioribus, severioribusque disciplinis quà tradendis, quà moderandis in Seminarijs, et Nobilium Collegijs insumptum, neque interim piis divinae charitatis operibus in Orphanotrophijs, et Nosocomijs praetermissis, duos annos agens septimum supra vigesimum, inter patres totius Congregationis moderatores adscitus, quinto post anno Definitor, more triennali Romae Procurator Generalis, triennio post Generalis Praepositi titulo universae Religionis

regimini admotus est. Sed hic cum tota Italia, praesertim Romae, Bonifacii virtus aeque, ac Albanum nomen innotuisset, et gravioribus curis par judicatus esset, Clemens beatae memoriae Papa IX non annuit modo, sed etiam optavit, ut abdicanti Leonardo Bondumerio sufficeretur. Ubi Romae consecratus in Ecclesiam venit sibi commissam, cum per id temporis venisset, quo post atrocissimum viginti quinque annorum bellum pax tandem cum Turcis undique conterminis divino munere sancita erat: totus in id incubuit, ut universae Dioecesis partes quas sors afficeret, afflictas erigeret, lacessitas etiam, atque avulsas resti-tueret; effecissetque omnino, quo erat spiritu, et ardore in Albana familia genitus, et in Somaschensi Religione confirmatus, si non cum barbaris Sandjbegi, cruentis, ac rapacibus, et quidquid deterrimum arripuerint, ejus resti-tuendi insolentissimae avaris vis illi fuisset. Nam cum Sabini, aut Albonii, quae olim S. Doimi mensae Prin-cipum munificentia donata fuerat, sed tum in finium consti-tutione sub Ottomano remanserat, ut saltem annuos terrae fructus ab Christianis agricolis exigere liceret, incas-sum diu, multumque institisset: id tamen juris Dosigrab, quae

quae per summum nefas cujus Zelibi vim usurpatum fuerat, ut quotannis exerceatur, opportune, importune obtinuit. At neque illud mediocre Bonifacii meritum est, quo am-plas Successoris sui aedes reparavit, auxit, et in commodiorem usum redegit; nempe ut in posterum Spalati Praesulibus esset, ubi non modo et honestius Deo, sibique addicti viverent, sed etiam ubi rerum ubicunque, quae eo potissimum conveniunt, Ecclesiae proventus sibi, pauperi-busque in horrea congererent. Quantum vero illud est, quo urbanum etiam Palatium a fundamentis erexit!

Septuagesimus vertebat annus supra centesimum, ex quo Spalatenses Archiepiscopi, dirutis funditus plerumque, et magnifice proprie illius Aulae, nullam habebant Sedem, nisi conductitiam sedem. Res omnino indigna conspectu, atque etiam auditu: caput a corpore abscissum, paterfamilias extorris domo, Archiepiscopus, et Primas inquilinus! Abstulit tandem hanc urbis, et Ecclesiae notam Bonifacius, qui per summam frugalitatem, sanctamque in omni sumptuum genere parsimoniam tantum aeri,

urgebatque deposuit, quamvis admirandis, quae modo suspicie-
tur, moli et comparandis vehemens fuerit, et conficiendis. Hinc
Discipulus dignitati, Ecclesiae decori, atque urbis ornamento,
atque etiam Archivio (cujus ratio vel maxime habenda
erat) indemnitati provisum est; neque enim sine publica-
rum tabularum vel jactura, vel detrimento, vel permixtio-
ne fieri poterant frequentes illarum translationes, quae contingebant
multis ediderunt deplorandum. Hujus tanti substructio-
nis meritum, tam exceptae, atque non minus magnificae, quam
necessariae, quod aliud proximius expectari videbatur, quam
diuturnam, feliciumque in ipso mansionem? Sed Deus
ampliori illum remuneratione dignatus, paucis post opus
absolutum mensibus Bonifacium ad se clementer vocatum
in beatas caelestis Aulae sedes transtulit XII Kal. Martii,
MDCLXXVIII. Sepultus est in monumento Cosmi,
qui Bondumerium proxime antecesserat Decessorem suum;
ingensque fuit luctus totius civitatis, quae jacturam tam
quidem inopinatam non prius quievit deflere, quam desiderium
Bonifacii successor optimus temperaverit. Novem, quibus
rexit Ecclesiam, annis brevi tempore fuit, si eas rebus gestis
componas:

componas: brevissimum vero, si statum respicias, in quo
Ecclesiam regendam suscepit. Invenit enim provinciam
diuturnitate bellorum adeo corruptam, ita efferatos ani-
mos omnium, et a pietate alienos, ut illi diu cum
Clero et contumacia luctandum fuerit, antequam
quidquam boni aggredi posset. Ex ipso Clero nonnemo
rebellem imbiberat animo ferociam, ut debitam Praesuli
observantiam, atque obedientiam detrectare videretur.
Rustici etiam, agrorumque cultores conquerentes Archiepi-
scopali mensae negare fructuum partem, dominumque a
fundorum possessione, si possent, exturbare. Sed Boni-
facius primo Clerum ad Ecclesiasticam disciplinam
morumque honestatem revocavit, perfectam sibi observantiam,
et caritate conjunxit: deinde rusticam multitudinem
paulatim permulcendo, trahendoque mansuefactum in
Dei timore, et christiana pietate continuit. Itaque
pastorali quidem paternaque sollicitudine, et caritate
obtinuit, sed et nativa quadam auctoritate et vivendi
ratione quam illius, ut Albani propria vultus, et oris
aspiritate cum divinitate comitate conjuncta. Rusticos
vero etiam liberalitate expugnavit, quippe qui parcissimus
sibi in alios mire munificus erat. Res eo usque ad [illegible]
deducta esse, [illegible] rustici de coram Spalatensi

Judiei, et coram Synodo ~~bis~~ universae Dalmatiae Mode-
ratori disceptatam hi perdidissent, id consilium injecerunt, ut
iterum Venetias venirent, ubi tertio jus experirentur. Sed
quid! Sumptus deerat ad necessarias expensas, quam ut
per fas, et nefas undequaque congererent, omnia sus deque
miscere cogitabant. Bonifacius, ut averteret tantum
mali, et controversiam misere excitatam tandem dirimeret,
primores illorum ad se vocat nihil timere jubens. Quibus,
ut venerunt, numerata non mediocri pecuniae summa:
Ite Venetias, inquit, bonis avibus: pecunia, quam ad
avertenda, quae meditabantur, mala, liberis dabat, adver-
sarii vel Jure pro libito uterentur: litem sibi vicissim
intenderent, de qua bis ceciderint: scirent modo ne ibi
quidem defuturos, qui Ecclesiae causam sedulo sustine-
rent: redirent incolumes: sed quicumque litis auctor
futurus esset, quod ipsi commodo illis sperare nesciret, quie-
scerent tandem, atque Ecclesiae pacem, et suam turbare
desinerent. Nihil hoc consilio efficacius, post quod ij
rustici fuerunt, atque eidem Archiepiscopo ita obnoxij
fuere, ut nemo alius vel ante, vel post illum aequiores
habuerit, neque obsequentiores.